

$\pi i$   
1929





II  
1929

*De Diaboli ma Aquilae*

**AD ORATIONEM  
MEMORIAE  
VIRI  
GENEROSISSIMI ET MAXIME STRENI  
DOMINI  
GEORGII RIDELII  
A LEVENSTERN  
ET SEYFERSDORF**

**DYNASTAE IN TRESCHEN COHORTIS  
BELLICAE EPISCOPI MONASTERIENSIS AC IPSIVS  
DENIQUE IMPERATORIS ROM. TRIBVNI QVON-  
DAM FORTISSIMI**

**SACRAM  
ET DIE XXVI. SEPT. A. R. S. MDCCLXXXIII  
LOCO ET TEMPORE CONSVETO  
BENEVOLE AVDIENDAM  
OFFICIOSE INVITAT**

**FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
DECANVS.**





**C**um haud ita pridem in sententiam EPICURI de beatitudine ac voluptate sapientis etiam in summis cruciatibus ac doloribus, imo in Phalaridis tauro, constituti paulo curatius inquiremus: inter alia argumenta, quibus PETRVS CASSENOVS hanc asperam sententiam emolire studeat, ad Martyrum quoque exempla prouocauit, utpote de quibus monimenta historiae Ecclesiasticae nos certiores faciant, quod haud raro in exquisitissimis tormentis versantes EPICURI quasi vocibus non fuerint: *Quam suauis est! quam dulce! quam pro nihilo puto!* Verum enimvero inter Martyres Dei ac Diaboli magnum intercedere discrimen respondimus. Quemadmodum enim Diabolus in omnibus fere Dei simia est, et ad eius exemplum suos habet apostolos et praecones, qui verbum ipsius, pestilentissimum nimirum doctrinas hoptagant, uti bibliothecam et Bibliothecarios Diaboli recenser eruditissimus CHRISTIANVS FALSTERVS: ita quoque Diabolum suos habere martyres, iamdudum fere in prouerbiū Ecclesiasticum abiit. Tales igitur iudiciis merito dixeris, qui vel praepostero zelo, vel inanis gloriae studio se ipsos inter Pontificios agnoscent STAPLETONVS et BELLARMINVS, non solum etiam e nostratibus IO. GVILIELM. BAIERVS, IO. OLEARIVS, IO. BALDVINVS. Quin etiam ipse Apostolus Paulus hoc satis clare affirmat, *εὐὸν τὸ σῶμα μὲν, ἢ καυθήσεται, ἀγέστην δὲ μὴ ἔχει, ἕδον ὠφελῆσαι, si tradam corpus meum, ut comburam, charitatem autem non habeam, hoc nihil* Equidem nonnulli codices, ut Alexandrinus aliique, nec non quaedam versiones, loco *καυθήσεται*, legunt *καυχθήσεται* ut gloriar, id quod adprobatur Hieronymus. Eleemosyna, inquit, si ob laudem fiat, inanis est gloria, longanoratio, pallor ex ieiunio sequens, non mea sunt verba, sed Saluatoris: in Euangelio peritonantis. ipsa quoque castitas in matrimonio, videlicet, virginibus, plausum saepe quaerit humanum: et quod dudum timeo dicere, sed dicendum est, martyrium ipsum, si ideo fiat, ut admiratione et laudi habeamur in fratribus, frustra sanguis effusus est. Loquatur Apostolus, loquatur vas Electionis: SI TRADIDERO CORPVS MEVM, VT GLORIER, CHARITATEM AVTEM NON HABEAM, NIHIL MIHI PRODEST. Igitur quod hodie *καυθήσεται*, Hieronymus legit *καυχθήσεται*, et ob similitudinem verbi, qua apud Graecos *καυθήσεται* et *καυχθήσεται* vna litterae parte distinguitur, apud Latinos errorem inoleuisse cenet, ut pro *glorier*, legant *ardeam*. At vero ipse Hieronymus diffiteri haud potest, apud ipsos Graecos exemplaria esse diuersa; Imo cum Codices, excepto vno alteroue, passim omnes versiones, et Patrum v. gr. TERTVLLIANI, CYPRIANI, aliorumque allegationes *καυθήσεται* praerant, lectio autem altera sensum pariat mutilum, quandoquidem phrasidis: *εὐὸν τὸ σῶμα μὲν παραδίδωμι, si corpus meum tradidero*, omnino aliquid requirit, cui tradatur, nempe vel ferro vel flammis etc. nec solum mutilum, verum etiam ineptum gignat sensum; quis enim morti se tradit, ut gloriaretur? quod si, ut gloriam consequatur, quae hanc lectionem praerentium sententia esse videtur, primo hanc significationem non admittit vox Graeca; deinde, quid opus erat additamento, *charitatem autem non habeam?* cum hoc in priori iam contineretur; si enim gloriae desiderio corpus suum quis tradit, non igitur ex charitate: Hinc cum MILLIO receptam lectionem minime sollicitandam arbitramur, cuius opinio a verosimilitudine non abhorret; illud *καυχθήσεται* omnino profectum videri ab Exemplaribus Latinis, in quorum margine cum apponeret quispiam verba ista, ut *glorier*, eademque mox alii reponeret in contextu, facile sibi persuadebat studiosus aliquis, in Latina oculos coniciens, lectum iam olim in Graecis non *καυθήσεται*, sed *καυχθήσεται*, quam ob causam Hieronymi Criticam hac ex parte nullo tempore attentionem meruisse RICHARDVS SIMONIVS dicit. Iam quod ad rem ipsam attinet, multa exempla talium Martyrum non solum ex gentiliū, verum etiam ex Christianorum historia adferri possunt. Ita corpus suum igni tradiderunt, vt combureretur, MVCIVS, CALANVS, EMPEDOCLES, PEREGRINVS et multi alii. Etenim MVCII manum nemo igni iniecit, sed ipse hoc vltro ostentationis gratia fecit.

*Falster. Amoenit. Philol. Vol. I. n. 52.*

*Baier. in disert. de ambitione baerisum causa Olear. in Exercit. Philol. ad Epist. mibi protest. Dominical. p. 142. Baldwin. ad i. Cor. XIII. v. 3. Hieron. Comm. in epist. ad Gal. c. V.*

25189

*Simon. Histoir. Crit. de N.T. p. 39.*

his verbis, referente LIVIO, Regem PORSENAM compellens: *En Tibi, Liv. L. II. c. 12.*

vt sentias, quam vile sit corpus iis, qui magnam gloriam vident et sic dextram accenso ad sacrificium foculo iniecit, quam velut alienatam ab sensu torrebat animo: ita vt Rex prope attonitas miraculo, ab fede sua proficiens amoueri ab altaribus iuuenem iuberet. CALANVS autem Gymnosophista Indus, de quo

AELIANVS dubitare videtur, an laude, an admiratione potius dignus cense- *Aelian. V. H. L. V. c. V.*

ri debeat, cum teste CICERONE, PLVTARCHO, STRABONE, DIODO- *Cic. de Diu. nat. L. I. Plu- tarch in Ale- xandra.*

LXXIII. cum tantis conflicaretur doloribus, vt eos vltius sibi non posset nam alio vexabatur, rogam sibi struxit, et aurea lectica superimposita, incubuit

stramentis opertus, vt eos dolores aufugeret, in quibus summum malum sta- *Strabo L. XV. Diad. Sic. L. XVII.*

quit, cum ascenderet in rogam ardentem, o praeclarum discessum, inquit, e vita *Atben. L. X. L. I. de Diu. nat. c. 23.*

cum, vt HERCVLI contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. Cumque ALEXANDER eum rogaret, si quid vellet, vt diceret: Optime, inquit,

propediem te videbo. Quod ita contigit, nam Babylone paucis post diebus Alexander *Strabop. 716.*

est mortuus. Nec solum CALANVS dicto modo mortem sibi ipse consciauit, sed omnibus Gymnosophistis, teste LVCIANO in vita PEREGRINI et PHI-

LONE in libro de ABRAHAMO, hoc in more positum erat, vt senectute, morbo illo diuturno et insanabili, ingruente, antequam plane ingrauescat, se ipsos

rogo incenso comburent, etiam si longius forte oblectari senio possent. Quin etiam STRABO l. c. hoc ipsum non tantum de senectute ingruente, verum

etiam de quocunque morbo hos Gymnosophistas inuadente testatur, quod ni- *Strabop. 716.*

mirum eundem voluntaria morte, per combustionem corporis accessita, finire soleant. *Διαχριστον δ' αὐτοῖς νεκρῶσαι νόσον σωματικὴν. τὸν δ' ὑπονοήσαντα κατὰ αὐτῆς αἰῶνος ἐξέχοντες ἐαυτῶν διὰ πυρὸς νήσαντα πύραυ. ὑπερθελαίμενον δὲ, καὶ καὶ θάνατον ἐν τῇ πυρῶν ὑφ' ἑαυτῶν κελύειν. αἰκίτητον δὲ καλεῖται.*

Turpe apud eos putari corporis morbum: quem si quis veretur, se ipsum igni e vita aduersis, nam constructo rogo super eum perunctus sedet, et accendi iubens immotus comburitur. Longe stultius fuit consilium EM-

PEDOCLES, si vera est fabula, quae de morte eius narratur. Nam HIPPO- *Diog. Laert. L. VII. Segm. 69.*

BOTVS, teste DIOGENE LAERTIO, et SVIDAS narrant: illum noctu ab Amicis clam discedentem Aetnam petiuisse; quo cum peruenisset, in ignis cra-

teras se iniecit, ibique dum famam cupid adstruere, quod Deus effectus sit, ignibus consumptum esse; postea vt sese res haberet, agnitum esse, vna ex il-

lius crepidis vi flammae ad exteriora reiecta, quippe calcari solebat aere. Notissimi sunt in hanc rem Horatii versus in Epistola ad Pisones:

Dicam, Siculoque Poetae Narrabo interitum. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam

Insluit.

Meminit huiuscæ mortis Empedoclis LVCIANVS in Dialogo Menippi et Aeaci, et in morte Peregrini, et in vera Historia lib. II. et in Icaromenippo. Inter

Christianos quoque eiusdem meminerunt TERTVLLIANVS et GREGORIVS NAZIANZENSIS. Prior in libro de anima c. 32. his verbis

Sed enim EMPEDOCLES, quia se Deum delirarat, ideo opinor designatus aliquem se heroum recordari, Thamus et piscis sui, inquit. Cur non magis et pe-

po, tam insulsus: et chamaeleon, tam inflatus? Plane vt piscis, ne aliqua sepultura conditiore putesceret, assium se maluit, in Aetnam praecipitando. GREGORIVS

autem Nazianzenus, cum apostata IVLIANVS Christianos calumniaretur, quod non veritatis studio et amore, quin vanæ potius gloriae studio tot pericula, cruciatus et martyria sustinerent: hoc *εγκλημα* in paganos potius retorqueri posse affirmat, ac EMPEDOCLEM, et ARISTAEM et EMPEDOTIMVM quendam ac TROPHONIVM acque huiusmodi miserorum hominum chorum nominat, qui tres vltimi Lebada Bocotiae vrbe orti sunt, vaticinandique artem coluerunt: qui icidem manis famæ studio incensi, ac diuinitatis opinionem sibi apud homines conciliare cupientes, in specus quasdam se praecipites dederunt, vt prorsus de medio tollerentur, nec quicumq; ex corporis eorum reliquiis inueniri posset. De TROPHONIO natum est proverbium: *ὃν τροφῶνις μεμάντευται*, id est, in TROPHONII antro vaticinatus est de homine rebus.

FK II: 1929

cum, qui in TROPHONII specum descendisset, postea nunquam ridere. Sic ARISTOPHANES in Nubibus:

Ως, δεδούκ' ἐγὼ  
Εἶσω καταβαίνων, ὡσπερ ἐς Τροφῶνις

*Vt videlicet horui,  
Haud aliter ac subiens specum Trophonii.*

Qua de re plura legi merentur, quae ERASMVS in Chiliad. ex Aristophanis interprete et ex Zenodoto refert. Sed ipsa verba Gregorii Nazianzeni de hifore vanae gloriae ac per consequens Diaboli martyribus audire operae pretium existimamus, vt quae valde notatu digna videantur: δευτερον δε, εἰ δόξης ἐπιθυμία κινδυνεύει ἡμᾶς, ἀλλὰ μὴ τῆς ἀληθείας ὑπέλαβε, i. e. Deinde si gloriae cupiditate ac non veritatis studio et amare nos periculum adire existimabat (IVLIANVS) ταῦτα μὲν παιζέτωσαν παρ' ἐκείνοις Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Λεϊταῖοι καὶ Ἐμπεδοκτοῖμοι τῶνες καὶ Τροφῶνις καὶ τοῖστων δυστυχῶν ἀειδήμος. ὧν ὁ μὲν τοῖς Σικελικοῖς προῆσεν ἑαυτὸν Θεώσαν, ὡς αὐτο, καὶ αἰς τὴν κρείττονα λῆξιν ἀφ' ἡμῶν ἀναπέμφας, τῷ Φιλτάτῳ σκανδάλῳ κατεμνήθη παρὰ τῷ πνεύματι ἐκβραδέοντι. καὶ ἡ θεὸς ἐδείχθη μετὰ ἀδρωπων, ἀλλ' ἀνδρωπος κενόδοξος καὶ ἀφιλόσοφος, μετὰ θάνατον, καὶ εἰς τὰ κοινοῖα συνετός. οἱ δὲ αὐτῶν τισὶν ἑαυτὲς ἐγκυλίψαντες ὑπὸ τῆς αὐτῆς νόσε καὶ Φιλαντίας, εἰς ἔλεγχοντες, ἔμαλλον ἐκ τῆς κλοπῆς ἐπιμύθησαν, ἢ ἐκ τῆ μὴ λιθεῖν κακοθυρομένησαν, i. e. Haec sane apud illos velut animi causa faciunt EMPEDOCLES, et ARISTAEL, et EMPEDOTIMI quidam, ac TROPHONII atque huiusmodi miserorum hominum chorus. Ex quibus ille, cum per Sicula foramina diuinitatem, vt sibi opinione fingebar, comparasset, seque ad meliorem sedem transmississet, charissimo calceo, ignis aestu eiecto, proditus est. atque ita non Deus post hominem offensus est, verum inanis gloriae studiosus, philosophiaeque post mortem expers, ac ne communi quidem sensu praeditus. Hi autem cum eodem morbo gloriaeque amore affecti in penitissimos quosdam terrae recessus sese abdidissent, deprehensa postea fraude, non plus honoris ex huiusmodi furtiuo secessu adepti sunt, quam contumeliae ob compertam fraudem. Ceterum versus quoque GREGORII NAZIANZENI de morte

Empedoclis extant elegantissimi in egregio ad Nemesium Carmine n. 281. f. 9q.  
Ἐμπεδοκλῆς, οὗ μὲν αὐτῆ ἐρώσει Φυσίογοντος,  
καὶ βροτῶν Ἀτρυγείο πυρος κρητῆρος ἐδείξαν,  
Σκάνδαλ' ἀποβροῦσαντες ἐλαφροῖνοιο Θεοῦ  
Χάλευσα, καὶ σε βροτοῖαν ἐπικυρία πᾶσαν ἔθηκεν  
Κύδεις ἰμείροντο δι' αἵματος ἀνομόροιο  
Empedocles vano te inflatum mente tumore,  
Aetnei aestus flammae mortalem esse probauerunt,  
Dum soleas aeris regerunt sine mente Dei, atque  
Infamem cunctis statuunt mortalibus aegris,  
Quod decus appeteres per saltum perniciosum.

Sed meliorem viam, qua ad aeternum decus aeternamque gloriam peruenire posset, callebat Vir generosissimus et maxime strenuus DOMINVS GEORGIUS RIDELIVS, A LEVENSTERN ET SEYFERSDORF, Dynasta quondam in Treschen etc. Nimirum quemadmodum vera fide Christum Seruatorem apprehendente aeternae vitae ac beatitudinis ineffabilis particeps factus est, sic vera virtute ac minime fucata charitate Dei et hominum, ex viua fide necessario proficiscente, immortalem inter homines quoque gloriam consecutus est, cuius memoriam D. XXVI. Sept. post horam matutinam Iuuenis virtute ac eruditione ornatissimus FERDINANDVS CHRISTIANVS STIEFF, Vratislauenſis, iurium cultor indefessus et Viri longe celeberrimi ac de Republ. literaria meritissimi, Dn. CHRISTIANI STIEFFII, Gymnasiae Magdalenaee apud Vratislauenſes Rectoris spectatissimi filius paternas virtutes laudatissimo ac felicissimo studio exprimens. Testabitur hoc ipso pietatem suam et gratissimum animum, quod liberalitate ac beneficentia RIDELIANA in studiis literarum excolendis hucusque fructus lit. Quam Panegyryn vt Rector Academiae Magnificus, Comites Illuſtrissimi, Proceres Viriusque Reip. Grauiſſimi vna cum Generoſſimis ac Nobiliſſimis Academiae Ciuibus ſua praesentia ornet ac splendorum reddant, ea, qua par est, obseruantia et humanitate rogamus. P. P. Dom.

VIII. E. Trin. A. R. S. cl. 1666. XXXIII.

Pou III 1929

FK

ULB Halle 3  
003 567 656



VD18







7.11.127.57

Hi  
1929

*De Diaboli ma Agnibus*

AD ORATIONEM  
 MEMORIAE  
 VIRI  
 GENEROSISSIMI ET MAXIME STREUVI  
 DOMINI  
**GEORGII RIDELII**  
 A LEVENSTERN  
 ET SEYFERSDORF  
 DYNASTAE IN TRESCHEN COHORTIS  
 BELLICAE EPISCOPI MONASTERIENSIS AC IPSIVS  
 DENIQUE IMPERATORIS ROM. TRIBVNI QVON-  
 DAM FORTISSIMI  
 SACRAM  
 ET DIE XXVI. SEPT. A. R. S. MDCCXXXIII  
 LOCO ET TEMPORE CONSVETO  
 BENEVOLE AVDIENDAM  
 OFFICIOSE INVITAT  
 FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
 DECANVS.

